

# The Electronic *Manipulus florum*

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Gloria mala siue uana ad cum uariis

Nulla est tanta humilitas que dulcedine glorie non tangatur, que eciam a claris uiris interdum ex humilimis rebus petita. Ceterum gloria ab hiis quidem qui contemptum eius inducere conantur, non negligitur, quoniam quidem ipsis uoluminibus nomina sua diligenter adiciunt, ut quod professione negant, usurpacione memorie assequantur. Est enim glorie uane magnus appetitor, qui se a gloria affuisse gloriatur.

Valerius Maximus libro VIII. de memorabilibus dictis.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

tangatur] tangitur P V<sup>1</sup>; petita] petitur P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; assequantur] assequatur M; glorie] magne *add. (del. intra)* M; affuisse] abfuisse V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; memorabilibus] memoralibus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; memorabilibus dictis] moralium M; dictis *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>